

nostrarum lucro laborandum nobis est vigilancius|, ut, cum venerit tempus reddende villicacionis, ducamur ad requiem cum electis. Notum igitur esse volumus tam presentis quam et futuri temporis hominibus, quod dominus Goteboldus de Burnmestete rogatu domini Ekehardi abbatis predium cum quatuor mansis et iiii arcis et pratis et salicibus attinentibus pro triginta et sex libris argenti a domino Friderico de Hakeburnen emit et, 5 quia totam ecclesiam nostris temporibus periclitari vidit et etiam karitatis infriguisse ingnem (!) ipsum predium in sua potestate dominus G[oteboldus] propter varias reclamaciones laicorum, qui in beneficio aliqua ex ipsis acceperant, tenuit et postmodum data fidei reconpensacione cessante circa eum omni iniuria ipsum predium cum omnibus attinentiis datis sibi ab abbate Ekehardo sexaginta libris argenti pro remedio anime sue cum filio 10 suo domino Heinrico et uxore sua domina Berchtrade favorem prestante super altare sancti Iohannis baptiste optulit. Mortuo igitur utroque abbate Ekehardo videlicet et domino Goteboldo filius eius dominus Heinricus ecclesiam in Reinistorf diabolo persuade- dente pro donacione patris infestare conatus est, sed dominus Heinricus loci in Reinistorf pater quintus accepto salubri consilio datis sibi duabus libris argenti et dimidia, ne 15 amplius ex hoc eius ecclesia detrimentum pateretur, ad nos usque pervenit et multis astantibus super reliquias beati Iohannis baptiste iam secundo optulit. Ut ergo hoc factum ratum teneatur, sigilli nostri impressione signavimus aput sanctos, quorum reliquie inibi continentur, precibus hoc optinere cupientes, ut, quicumque ausu temerario infregerit, huius vite comodis subtrahatur et, nisi resipiscat, eterne beatitudini non societur. 20 Testes huius rei sunt: Albertus comes de Euerstein. Manegoldus de Rode advocatus claustrii. Olscalcus de Uicenbure. Vlricus prefectus de Witin. Gozwinus de Wangen. Tamno de Wirbene. Albertus et Fridericus de Mochele et alii quam plures mynisteriales ecclesie Babenbergensis. Albertus Albus et Albertus Niger et Gerlagus ministeriales domini laneravii et quorum deus novit nomina. Acta sunt hec anno dominice incarnationis 25 m. cē. vii., indictione viii., vii kal. mai, domino Cunrado episcopo venerabiliter regente ecclesiam Haluerstadensem, regnante domino nostro Iesu Christo, cui est honor in secula; amen.

(SFR.)

*König Philipp bestätigt auf Bitten seines geliebten Veters, des Markgrafen Dietrich, dem Kloster Altzelle den Hof, die alle Celle genannt, wo der Markgraf der Jagd wegen oft sich aufzuhalten pflegte, und soll keiner der Nachfolger oder Erben desselben jenen Hof sich anmaßen. — Zeugen: Landgraf Hermann, Markgraf Konrad von Landsberg, Graf Dietrich von Groitzsch.*

Frankfurt, 1207 Mai 6. 35

*Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 158. Das beschädigte S., an weißen und grünen Seidenfäden, = Heffner, Taf. IV. 40.*

*Gebr.: Winkelmann, Philipp von Schwaben 1,559. Böhmer-Ficker 145.*